114

Oratio habita ab Serenissima et potentissima Principe Diva Elisabetha Anglorum Regina ad primores Academiae Oxoniensis

Circiter 20 Sept: Ao 1592.

Merita et gratitudo vestra captivam faciunt vocem meam, ita ut id facere cogar, quod oratio ipsa vetat, Regnorum enim ursa eiusmodi pondus habent, ut potius urgentium premant, quam memoriam acuant. Addatur et desuetudo istius linguae, quae per triginta et sex annos, ita longa et tam diuturna fuit, ut non credam trigesies sexies me in illa lingua aliquid exprompsisse, sed quoniam glacies rupta est: ut necesse sit aut evadere aut mergi: aut mihi progrediendum est aut inhaerendum. Merita vestra mihi non tam magna videntur propter laudes immensas et immeritas quas in me contulistis, nec propter doctri-